



JB

II

- 1 Jäger s. Joh. Wolff, s. diff. de christo sponsorie
et medicatore foederis gratia, Tübingen 1713.
- 2 Jakob s. Frid. Wilh. s. diff. causa corrupte
cloguentia sacrae, Wittenb 1733.
- 3 Jani s. Joh. Wilh. s. diff. Sacrificium Missa
pontificium Liturgij orientalibus ignorantia
esse, Wittenb 1725.
- 4 oratio de optima interpretatione
tatione factar litterar Wittensb 1719
- 5 diff. de Pyrrhonismo in Historia
Academistica, Wittenb 1719
- 6 programma Academie Jenensis exhibens
brever in pentateuchum Wertheimsem
stricturas, et de missa via divicar 1735.
- 7 Jenichen s. Gottl. Frid. s. diff. de Lapide
Iacobi unto, Lipsiae 1731.
- 8 Jakob s. Joh. Georgij s. diff. de studio et loco
fidei impedimento, Wittenb 1728

- 9 Soekij s. Joh. Geertrij / diss de conservanda
doctrinae Evangelicae puritate, Wittent
10 Joecher s. Christoph. Gottl. / diss de Thoma
Wolffoni paralogismis de miraculis
Christi, Lipsia 1730.
- 11 Hitzig s. thome / diss. de creatura genia
bunda, Lipsia 1700.
- 12 Kemna s. Ludolph Bernh / classificationes
in pentateuchum Berthemerorum
- 13 Keyrelitz s. Gottl. / diss. de parte dupla
spiritus Eliel. Lipsia 1733.
- 14 Kiespling s. Joh. / diss. de Hypocriso
jam late regnante, Lipsia 1709.
- 15 ——— diss. de anamartiria renatorum
Lipsia 1709.
- 16 Kirchmeier s. Geertrij Wilt. / diss. de
Paimoniconomocie Wittent. 1738.
- 17 Kirchmeier s. Joh. Christi / diss. de perpetua
Hebreorum ex aurium perfozione
fervitute, Marburgo 1725.
- 18 ——— diss. de Altari ad sacrificium
passionis Iesu Christi expiatorium frustra
quod fito, Marburgo 1727.
- 19 K. Laufingr. s. Henr. / diss. de agitatione
copiarum Cœlestium circa finem orbis
expectanda Lipsia 1738.
- 20 ——— diss. de fide per charitatem
operosa, Lipsia 1737.
- 21 ——— diss. de animadversiones de
ad Genesim XII. v. 6.7. Lipsia
1737.

22. Lavingy s. Henr. off. quod controversia
Nordorlanda, olim agitata, haud fuit
Lugomachia Lipsia 1725.
23. — diff. de pontificatu
Christi, Lipsia 1729.
24. — diff. de justificatione, Lipsia
1727.
25. — diff. de vocatione ad munus
sacrum oblatam temere non reuferan-
da, Wittens. 1719.
26. Clemmy s. Joh. Christ. sthyls. theologia
tubinge 1737.
27. — diff. quod est in hoc secundum
qualitatem et secundum presentem
Sabbantiam sit inter omnes nec
tamen anni holandie tubinge 1739.
28. — antithesir orthodoxa defen-
siva, insuttilur infidetum et
paradoxorum nostra etatis opposita,
tubinge 1740.
29. Knappy s. Joh. G. off. qua Daymato-
ria, Samquam verba revelationes
character Hale 1741.
30. Koenigsmann s. otto Ludi. l diff.
de iudeo paraeis virga super
maxillam percutto, fund 1739.
31. Korthold Christ. off. de actionibus
forensibus, Kewni 1707.

i. ~~26~~ 27.

Q. D. B. V.

DISPUTATIO THEOLOGICA
**ORBIS HIC
SECUNDUM QUALITATES
ET SECUNDUM PRÆSENTEM
SUBSTANTIAM EST INTERITURUS,
NEC TAMEN ANNIHILANDUS.**

QUIAM

PRÆSIDE
**JOHANNE CHRISTIANO
KLEMMIO,**
SS. THEOL. DOCTORE & PROFESSORE ORDI-
NARIO ac SUPERINTENDENTE,

H. Lque C.

AD DIES

DECEMBR. A. MDCC XXXIX.

PUBLICO EXPOSUERUNT COLLOQUIO

M. GEORGIUS MICHAEL SEEGER, *Mærgelstadiensis.*
M. FRIDERICUS LUDOV. LAVENSTEIN, *Leonontanus,*
CAROLUS LUDOVICUS NEUFFER, *Güglingenfis.*

S. S. THEOLOGIÆ STUDIOSI.

T U B I N G Æ,
LITERIS JOH. HENRICI PHILIPPI SCHRAMMII.

54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000



¶

§. I.

Etiam si, quæ, in hac vita degentibus, ad concipiendam in Deum Triumnum fidem, accendendamque in eum & proximum charitatem scitu & creditu sunt necessaria, evidenter in sanctioribus literis sint revelata; ea tamen, quæ hanc vitam insequentur, quæve nobis veniunt speranda, tantum nobis fuere promissa & prædicta, quantum ad roborandam spem nostram satis est, specialioribus circumstantiis & recessibus plerumque latentiibus. Quod cum generatim circa novissima, quæ vocamus, locum habet, tum etiam in doctrina de futuro mundi hujus interitū observare est, utpote clare quidem promisso, sed quoad rationes suas specialiores ut plurimum obscuriore; aliis totalem ejus & substantialem interitum, imo annihilationem adstruentibus; aliis vero non, nisi ejus immutationem & in melius restitutionem præstolantibus; aliis denique quoad hanc rem ad ἐποχὴν tanquam sacram se recipientibus anchoram.

§. II.

Non equidem nostri nunc est instituti, hujus problematis pandere historiam, quod angusti Dissertationis Academi-

A

ca

cæ cancelli non patiuntur; alias quid in paganorum scholis,
 quid apud Judæos, quid apud D. Patres, quid apud diversarum
 societatum Ecclesiasticarum Doctores ea de re fuerit e-
 doctum & etiamnum doceatur? nobis esset edifferendum.
 Et profecto ne ethnicos quidem ita cæcutiisse, ut nihil pror-
 fus hac de re iis suboluerit, manifesta veterum auctorum
 nobis monstrant testimonia. Quid enim potest esse eviden-
 tius? quam quod ex antiqua doctrina canit Ovidius Lib. I.
 Metamorphosean:

Esse quoque in fatis reminiscitur, adfore tempus,
 Quo mare quo tellus correptaque regia coeli
 Ardeat, & mundi moles operose laboret.

Atque omnino adeo celebrata est, exustio mundi Stoica, ut
 doctissimus Vir, Jacobus Thomasius, integrum librum de ea
 exaraverit, neque quicquam dubii relinquunt Senecæ Prin-
 cipis Stoicorum, imo Philosophorum Romanorum omni-
 um effata: Ignis, inquit, exitus mundi est, & porro, omnia ster-
 net abducetque secum Vetus, nec hominibus solum, sed
 locis, sed regionibus, sed mundi partibus ludet; tot suppri-
 met montes & alibi rupes in altum novas exprimet, maria
 forbebit, flumina avertet, & commercio gentium rupto,
 societatem generis humani coetusque dissolvet. Alibi: hia-
 tibus vastis subducet urbes, tremoribus quatiet & ex infimo
 pestilentia halitus mittet & inundationibus quicquid habi-
 tatur, obducet; necabitque omne animal, orbe subverso
 & ignibus vastis torrebit incendetque mortalia & cum tem-
 pus advenerit, quo se mundus renovatus extinguat, viri-
 bus ista se suis cadent & sideribus incident & omni
 flagrante materia uno igne, quicquid nunc ex composito lu-
 cet, ardebit. Hoc universum, inquit alibi, quod omnia di-
 vina-humanaque complectitur, si fas putas credere, dies ali-
 quis dissipabit & in confusionem veterem tenebrasque de-
 merget.

merget. Ergo quandocunque, iterum ait, erit terminus rebus humanis, cum partes terræ interire debuerint abolerique funditus tota, ut de integro totæ rudes innoxiaeque generentur, nec supersit in deteriora Magister; ut plura loca alia taceamus. Addimus unum Lucani locum, canentis:

Sic cum compage soluta

Secula tot mundi postrema paregerit hora,
Antiquum repetens iterum chaos, omnia mixtis
Sidera sideribus concurrent, ignea pontum
Astra perent, tellus extendere littora nolet,
Excutietque fretum, fratri contraria Phoebe
Ibit & obliquum bigas agitare per ortum
Indignata diem poscer sibi totaque discors
Machina diyulsi turbabit foedera mundi.

Sed cum poetica tamen hæc magis fuerint, quam prophetica, cum certitudinis parum habuerint, cum vel ipse Seneca interitum orbis per diluvium & per ignem confusisse, videatur, iis non immorabimur.

§. III.

Firmiora autem & majore cum certitudine coniuncta de Mundi hujus exitu potuissent & debuissent habere doctores Judæi, face verbi divini iis cum alias tum etiam hac in re prælucente. Et cum primis quidem apud Judeos de atate & interitu Orbis celebris est traditio Eliana nim. זב אליאן שנה כי תהיילם שניא אליאנס חזה. שניא אליאנס תורה שני לאפ"ס. A domesticis atque discipulis Eliæ fuit traditum, mundum per sex mille annos duraturum; 2000. annos elapsos esse ante legem, 2000. sub lege, 2000. vero reliquos annos spectare ad annos Messiae &c. recensente Georg. Eliezer Edzardo. a) Rabbini autem in expositione consumma-

A 2

tionis

a) In Avoda Sara p. 65. & Majo, etiam ex Sanhedrin fol. 97, col. 1. in Theolog. Judaica p. 321.

tionis seculi in diversa, ut solent, abeunt. Ut enim eos tacemus, qui cum Atheorum & Deistarum grege mundi interitum plane negant, inter quos eminet Maimonides, Menasseh quidem communis, inquit, omnium Cabalistarum opinio est, mundum destructum & abolitumiri : b) Sed Aben-Esra tamen hanc sententiam ita exponit, quod statuat, coelum & terram, quae nunc sunt, peritura; creanda autem a Deo novum coelum & novam terram. Neque etiam negligenda, vel silentio prætereunda est eorum sententia, qui in orbe peritura esse singularia, arbitrantur, universalibus in perpetuum permanentibus, quas opiniones Kimchius ad Ps. CII. ipse nihil definiens, persequitur latius, quem vero describere, non videtur opera pretium.

§. IV.

Quodsi jam oculos ad Scriptores Ecclesiasticos Christianos, quos Patres appellamus, velimus convertere, diffidendum non est, plurimos in immutationem tantum & restitucionem hujus Orbis propendisse, uti sunt Irenæus Lib. V. adv. heres C. XXXVI. Proclus apud Epiph. hær. 64. Cyrillus Hierosolym. Catech. XV. Alexandrinus & Hieronymus in Jef. LI. Augustinus Lib. XX. de Civ. Dei C. XIV. Chrysostomus Homil. X. ad populum Antioch. Gregorius M. Lib. XVII. Moral. C. VII. Damascenus L. II. Orthod. fid. C. V. Nicephorus L. XVIII. H. E. C. XLVII. Salonius in Ecclesiastes, Gennadius L. de Eccles. dogm. cap. 69. Andreas Cæstiensis in Comment. Apoc. Cap. VI. Ilidorus Hispanensis L. de doctr. & fide Cap. 36. Beda in 2 Petri III. quos interpres sequiores atque hos Scholastici Romanenses plerumque sequuntur, quorum effata quadam ex nostris accitavit Joh. Gerhardus. c) Quanquam ab eodem pro substantiali orbis

b) Lib. 3. Cap. 3. de Resurr. mort.

c) In LL. de Consummat. Seculi §. 37. p. 381, seqq.

orbis interitu laudentur Clemens Romanus L. II. Recognit. Hippolytus in Oratione de Consummatione Mundi, Justinus Martyr in Paræn. I. ad Græcos. Minutius Felix in Octav. Hilarius C. XXVI. in Matth. Basilius L.I. Hexaëm. Gregor. Nyssenus L. de Creat. Hominis C. 24. Ambrosius L.I. Hexaëm. C. VI. aliisque, d)

§. V.

Quod vero ad recentiores & nominatim nostræ atque Reformatae, quæ dicitur, Ecclesiæ Doctores spectat, uti à nostris communiter substancialis mundi interitus defenditur, sic apud Doctores Reformatos sententia de immutatione qualitatum & restitutione orbis in statum meliorem est communior, ita tamen ut nec inter hos deficiant, qui substantiam mundi peritaram esse, confitentur, uti Beza, Tilenus, Joh. Chassanio, Polanus, Bucanus, Prideauxius Episcopus Wignorienensis &c. nec inter nos tres desint, quibus futura mundi innovatio videtur probabilior, uti sunt post Lutherum Major, Michael Neander, Bugenhagius, Wellerus, Vincent. Placi-
cius, Althammerus, Philippus Nicolai, Pelargus, S.R.D.D. Joach. Langius e) & alii: Præsertim Dn. D. Antonius notanter ait: *Weil die vitiosæ qualitates prævaliren bey dem Systemate Mundi, so wird interitus mundi freylich so seyn, daß man mit Recht sagen kan: mundus interiit, nemlich hic mundus cum vitiosissimis suis qualitatibus tandem finem habebit: Das wird freylich seyn απώλεια interitus, ruina, daß das Wort sich also gar wohl darzu schicket, und wird also seyn quasi mundus periret vel interiret quoad substantiam. Wie denn Ebr. I. ein Text aus den Psalmen angeführt wird, da es heißt: απωλεῖαι peribunt, und doch folget darauf: sie werden verwandelt*

A 3

d) ibid. §. 46. p. 403. seqq.

e) In Oeconom. Salutis p. 481. seqq. In Nodo in Scirpo der an-
rucht. Nachricht p. 97. seqq. & in Commentariis passim.

delt wie ein Kleid, wenn du sie verwandlen wirst: also kan das
beyammen seyn επάλεια und ἀπωλεία interitus & totalis trans-
mutatio.^{f)} Cum primis vero Theologi Wirtemb. memorandi:
Brentius, qui Homil. LIII. in Lucam quærit, num cœlum &
terra transibunt, ut nihil omnino maneat? & respondet, mai-
nime omnium. Non transibunt omnino: sed mutabuntur.
Abjicient Vestimentum corruptionis & induent novam ve-
stem incorruptionis. Futura quidem est cœli & terræ muta-
tio, non autem in totum abolitio. fol. 621. In eandem senten-
tiā concessit Lucas Osiander: primo, inquiens, mundus
non ita peribit, post extremum judicii diem, ut nullus sit
futurus. Secundo probabilius videtur, nec cœlum in fine
mundi secundum substantiam mutatum iri, nec Elementa.
Tertio cœli & elementa ita post judicium extremum immu-
tabuntur, ut & majori quadam luce vel luminis perfectione
exornanda & ab omni impuritate purgata de cetero natu-
ralem suum statum, quem ab initio mundi habuerunt, sint
recuperatura. Tertio nominamus Abbatem Bebenhusanum,
Hainlinum, qui uti B. Dn. Cancellarius Jægerus ait, eandem
cum Brentio sententiam & quodammodo explicatiū tenuit.
Et nuperrime etiam Summe Venerandus Dn. D. Weisman-
nus in doctissimis & commendatissimis suis Institutionibus
Theologicis præsidia pro hac sententia & exegētica & do-
gmatica nervose proposuit. ^{g)} Sed nec silentio prorsus præ-
tereundi nobis sunt, qui επεζην hac in materia arripiunt &
moderationem in ea cœu problematica collaudant. Quo-
rum è numero sunt Mylius, Hutterus, Lobadius, Schilte-
rus, Meisnerus, Gerhardus & ex Wirtembergicis Heerbran-
dus atque modo laudatus Jægerus, Præceptor quondam no-
ster etiam post cineres summa adhuc veneratione & pietate profe-

f) In Colleg. Antithet. p. 940. seq.

g) vid. p. 1104. seqq. & 1162. seqq.

prosequendus, qui postquam Gerhardum dicentem, sententiam de substantiali mundi corruptione non defendimus ut fidei articulum atque Meisnerum inquietem, τὸ ἐπέχειν hic esse tutissimum & locum habere debere regulam Bernhardi Serm. 4. Quod nulli datum est experiri, nullus conetur effari, dilaudasset, prorsus eximie addit: atque utinam aliae quoque controversiae theologicae, quae fidem non tangunt, cum tanta modestia seu moderatione tractarentur. Cessarent utique multæ lites scandalosæ & melior esset Ecclesiæ nostræ conditio & harmonia, quam est de praesenti; quibus optimi Praeceptoris votis ex animo subscribimus. h) Hæc ergo, in eandem sententiam ait modo laudatus Dn. D. Antonius, benignioris sunt dijudicationis, modo nihil turbent eorum, quæ singulis sunt necessaria ad tenendum, nec importune obrudantur. i)

§. VI.

Cæterum cum nuperius Systematis Theologici tractationem theticam in praelectionibus nostris publicis, Deo clementer juvante, absolveremus atque ad novissima delati, sententiam nostram de futuro Orbis hujus interitu paululum aliter, quam communior habet expositio, paucis admodum verbis proponeremus, fuerunt ex Dominis Auditoribus, qui ubiorem ejus explicationem & declarationem desiderare videbantur. Itaque cum paucis abhinc diebus me Praeclarissimorum Dominorum Respondentium biga convenerit, specimen theologicum adhuc ante instans Examen defendendum, expeditura, eorum voluntati velificaturus, hanc materiam in arenam producere, nullus dubito. Equidem jam in ipsis lectionibus nostris Auditores monuimus & etiamnum monemus, novissima non ad vanam curiositatem, sed ad veram:

h) In Systemate Lib. IV. p. 266.

i) loc. cit. p. 924.

ram pietatem esse referenda; cum, ut fides nostra roboretur
 spesque nostra Christiana foveatur, nobis sint revelata atque
 inter quæstiones, quæ ad pietatem non applicatae, plus cu-
 riositatis, quam veræ utilitatis theologicæ habent ex. gr. re-
 tulimus: Qualia sint futura signa novissimorum temporum?
 an solennis Judæorum convercio? an prædictio Evangelii
 uniyersalis? an Chiliasmus, nondum impletus &c. sint præ-
 cessura? an mundus secundum qualitates? an secundum
 substantiam sit interitus? an penitus sit anihilandus? an
 omnes creaturæ visibiles, solis rationalibus exceptis, sint
 peritura? qualis sit ignis, quo exuretur Orbis? an mutatio-
 nes mundi uniyersales ante sint futuræ? quis futurus sit con-
 summationis omnium ordo & modus? & quæ id genus sunt
 alia. Nihilominus effata Scripturarum, hac de re agentia, sobrie
 pieque meditari, non prohibemus, sed ita in iis versandum es-
 se, existimamus & consulimus, ut, nec omnia revocentur in
 dubium, quorum satis dilucida eaque haud levia in sanctio-
 ribus literis comparent indicia, nec temere de rebus futuris,
 maximamque partem latentibus, præcipitemus judicium.
 Eam in rem laudavimus Clarissimi olim in hac Academia
 Theologi & Cancellarii Johannis Adami Osiandri moderatio-
 nem, qui de materia, quam præ manibus habemus, senten-
 tiam dicturus, querit, quid igitur nos tenebimus? & re-
 spondet. Certa sequemur. Primum certum, creaturam à
 corruptionis servitute liberandam: Spiritus S. per Aposto-
 lum hoc dicit, credimus ergo verum esse, nec postquam falli.
 Deinde credimus, filios Dei potituros libertate gloriae coele-
 stis cum Christo: Spiritus S. hoc prædictit, ergo verum est:
 qui credit, errare non potest. Tertio, quod ad creaturas
 attinet, de Angelis nulla est dubitatio, quod sint gloriosi per-
 mansuri, cum omnibus electis. De cœlo & terra Scriptura
 docet, quod sint immutanda, hoc est, de corruptione ad
 corrū-

corruptionem transitura Ps. CII. Ebr. I. & 2 Pet. ult. novum coelum & novam terram creabit Dominus, qui ista credunt, non fallunt. Quod vero attinet ad ea, quæ quidem propter hominem sunt condita & ipsa sed transitoria fuerunt & sunt, ut orientur & statim intercidant, ut plantæ, bestia & id genus alia, nostri non est, certi quicquam statuere. Proinde quæ hujusmodi sunt, consilio Dei inscrutabili relinquamus: an omnia velit restituere, vel secus? k) Quare & nos de specialioribus tacebimus, manum ab iis abstinebimus, nobisque temperabimus, solummodo in questionem adducturi: an orbis hic ali quando non tantum secundum qualitates, sed etiam secundum substantiam ita sit peritus, ut etiam sit annihilandus? quorum prius ceu sententiam communiorem affirmabimus, posterius autem modeste negabimus.

PROPOSITIO PRIOR.

ORBIS HIC ALIQUANDO ET SECUNDUM QUALITATES ET SECUNDUM PRÆSENTEM SUBSTANTIAM EST INTERITURUS.

S. VII.

Propositionem hanc probaturi, non nos litibus immergimus philosophicis: licet probe sciamus, aliter Aristotelicos, aliter Cartesianos, aliter Neotericos definire substantiam. Nostrum non est, tantos componere fluctus: sed fundamenta nostra repetemus, ut par est, ex revelatione, quæ tameni uti alias, ita etiam hac in re rationem & experientiam non habet adversantem, utsi docentes, substancias esse res, quæ non substantia aliis, sed quibus substantia alia. Experientia constat, inde usque ab orbis conditu innumeratas milliones millionum substantiarum corporearum usque ad hanc nostram ætatem intercidisse, quotidie interire & perituras esse in poste-

B rum

k) In Pentade de Consummat. Seculi p. 85.

rum. Neque ratio sinit dubitare, hunc interitum esse substantialem, seu ipsarum substantiarum. Cum enim forma substantialis det esse speciale, operari, distingui & denominari, his omnibus intercedentibus, ipsam substantiam intercidisse, apricum est. Jam vero, quae sumus, ubi ex. gr. tantum infinitarum illarum substantiarum, hominum, animalium, insectorum, arborum, plantarum & hujusmodi substantiarum innumerabilium, quæ in diluvio perierunt, sunt nomina, quæ earum distinctiones, quæ operationes speciales, quæ uno verbo forma substantialis superstes? Nonne & tum mors universalis omnium fuit cernenda & etiamnum mortes substantiarum tam naturalium, quam artificialium, ut de moralibus nihil dicamus, quotidie conspicuntur per experientiam? ut si quis in destruetis & forte combustis animalium, plantarum &c. corporibus adhuc v. g. equos, boves, asinos, abies, cerasos, citros, piros &c. vellat commonstrare, non refutatione, sed fannis esset excipiendum.

§. VIII.

At vero par nunc est, ut, quid sanctior Scriptura de Orbis hujus consummatione determinet, dispiciamus, eamque in rem effata ejus, non quidem omnia, præcipua tamen, brevissimis lustremus. Primo hanc veritatem in ipso Mose, omnis theologiae oceano, quanquam paulo adhuc involutius, habemus, Deo promittente post diluvium atque adeo post prioris orbis interitum, non amplius cessatura semetem & messem, frigus & æstum, æstatem & hyemem, noctem & diem & quidem, quamdiu dies omnes hujus terræ sint futuri: Gen. II. 22. Eo ipso enim indicatur, dies hujus terra non semper futuros, sed suum olim fortituros esse complementum. Nam particula w semper infert terminum. Quodsi itaque hæc ipsa terra cum diebus suis aliquando est desitura; quodsi sementis & messis, frigus & æstus,

æstus, æstas & hyems, nox & dies sunt cessatura, hanc terram non secundum qualitates tantum, sed secundum ipsam suam substantiam interitaram esse, liquet; hujus enim terræ substantia his affectionibus destitui nequit. Explanatus autem D. Moses hanc veritatem tradit Deut. XXXII, 22. Ignis, inquiens, succensus in furore meo ardebit usque ad infernum inferiorem & consumet terram & fructum ejus & inflammabit fundamenta montium. Ex quibus appetat 1. terram esse consummandam; 2. igne & inflammatione hanc summationem futuram & 3. qualitates & substantiam interitura, fructum terræ, terram ipsam & fundamenta montium. Quare locum hunc etiam Justinus Martyr in Apolog. 2da recte de Orbis ἐκπυργώσει intellexit.

§. IX.

Non minus perspicuum est testimonium D. Jobi, qui de hominibus mortuis ait: donec non sit cœlum, non evigilabunt, non excitabuntur è somno suo, vel, ut verit Hillerus: 1) non excitabuntur *excitandi*, neque expurgiscentur è somno suo, Cap. XIV. 12. Tam diu mortui non resurgent & è somno suo excitabuntur, quamdiu erit cœlum. At vero mortui aliquando resurgent & ex somno suo excitabuntur. Itaque erit, quando cœlum non erit. Quantæ certitudinis est mortuorum resuscitatio, quæ inter Christianos nihil habet dubii, tantæ certitudinis est cœlorum destrucción & non qualitatum quidem tantum immutatio, sed ipsius substantiæ interitus. Nam hi ipsi cœli, qui nunc sunt, non erunt amplius, cum absolute afferat Jobus, יְהִי שָׁמָם donec non fuerint cœli. Sunt quidem, qui ex hac phrasí confici posse, negant, sive quod hoc cœlum aliquando non sit futurum, sive quod homo aliquando sit resurrecturus, inter quos ipse Coccejus ait: Interim phrasis ipsa nihil ex se definit, an cœ-

B 2

lum

I) In Syntagm. p. 325.

Ium hoc non sit futurum? an homo sit resurrecturus, nec ne? tantum id definit, hominem non revicturum, dum hoc coelum est & si resurget (quod Job firmiter creditit, ut ex multis locis constat) hoc coelum aliquando non futurum m)^o Sed recte responderet noster Schmidius: eandem phrasin duo importare & coelos non futuros aliquando & tunc homines resurrecturos, non quidem ad hanc, sed nobiliorum tamen vitam, cum futura sit vita extra mundum hunc, qui tum non erit. n)^o Male Clericus a. h. l. hoc tempore, ait, mundi finis & resurrectio mortuorum nondum erant nota.

§. X.

Cum primis vero illustria etiam hujus veritatis habentur fundamenta apud D. Psaltem, ex quibus duo tantum profremus in medium. Psalmo LXXII. 7. ait: בְּשַׁבָּעֵת יְמֵינֶךָ יְהוָה, quæ Vulgatus vertit: orietur in diebus ejus justitia & abundantia pacis; donec auferatur luna. Et Psalmo CII. 26. sqq. ait: Initio tu Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent: Et sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur: tu autem idem ipse es & anni tui non deficient. Jam vero fieri, quando haec nostra luna non erit, ejus substantiam periisse, oportebit. Nervos vero ex Psalmo CII. cum pro totali mutatione tum etiam pro sententia de non totali mutatione compendiose collegit supra laudatus S. Rey. Dn. D. Weismannus, cum, inquit, perire videatur tantundem esse, ac prorsus cessare & mutatio vestis veterascentis sit coniuncta cum illius abjectione, quia non potest nova fieri & cum substitutione novæ vestis, nostri maxime interpretes de mutatione totali & substantiali, ut loquuntur, haec verba intelligunt, quorsum & illam rationem conferunt, eo modo coelos perituros, quo Deus permanet.

m) f. h. l. p. 99.

n) f. h. l. p. 599.

manet. Hunc vero permanere, quoad substantiam. Aliis vero videtur, phrases istas perditionem & mutationem totalem haud necessario involvere, posse accipi de coelis secundum eam partem, vel secundum eum statum, qui revera cessabit, vestes utique non annihilari & ut vestimentum veterascens mutationem & instaurationem exigit, sic & cœlum tunc temporis. Utique homines ex veste detrita & vetusta non posse novam facere, quia plane alia & nova substitui debeat: posse id autem Deum præstare, cui nihil impossibile est. Negant quoque, verbum **τὸν** destructionem totalem semper involvere, cuius etiam exempla contraria affert Gussetus ad hanc vocem.^{o)} Quæ quidem, si quid judicamus, optime sibi constant, magnamque sui partem conciliantur, si cum nostra conferantur sententia: Piores enim rationes omnino probant, plus quam status & accidentium immutationem, sed omnino substantialem, hic à Psalte innui; posteriores autem annihilationem locum hic habere non posse, evidenter docent. Nam, licet nollemus defendere, quod verbum **τὸν** perit ubique interitum rei secundum totam suam essentiam significet, cum & hujus verbi & synonymorum exempla proferri posse in contrarium, non dubitemus: at quia tamen hic de interitu non tantum accidentium, sed rerum subsistentium & quidem, exceptis solum **ψ.** ult. rationalibus, omnium, (usitata enim phrasē Scripturis cœli & terræ nomine res veniunt omnes), agitur, substantialem intellecti perditionem, par est. Secundo non qualitates tantum, sed ipsam terram, ipsa ejus fundamenta, ipsa manuum divinarum opera peritura esse, affirmat Davides, ipsis suis substantiis, uti initium, sic etiam finem attribuit, ex quo interitum earum fore substantialem, recte colligitur. Tertio, si utique, verba sunt Schimidii, mutatio aliqua secundum qualitates tantum dici posset, aut in Scriptura diceretur interi-

o) I. laud. p. 1106.

tus, absurdum tamen prope est, si non prorsus absurdum sit, mutationem secundum qualitates in melius appellari interitum. Ita namque etiam transformatio beatorum & ipsius Corporis Christi posset dici, interitus, cum constet esse mutationem secundum qualitates. Atqui hoc sane Scriptura nunquam dixerit. Jam vero negari non potest, quod si mundus tantum secundum qualitates mutandus esset, mutandus esset in melius, non in deterius. p) Et profecto si quid etiam de futuro orbe meliore esset afferendum, à quo quidem nos abstrahimus, ante tamen perire deberet prioris hujus mundi substantia, novo demum cœlo terraque nova in ejus vicem surrogandis. Quarto non qualitates tantum, sed ipsas etiam substantias Orbis hujus perituras esse, exinde etiam liquidum est, quia si solæ qualitates immutarentur, homines ab hac corruptione non possent excipi, vel maxime enim Sanctos homines ab hac corruptione per immutationem qualitatum liberandas fore ex Rom. VIII. 1 Cor. XV, aliisque locis manifestissimum est. At vero interitum, quo de hic agit, denegat Sanctis hominibus eosque excipit Psaltes: filii, inquit, servorum tuorum habitabunt & semen eorum in seculum dirigetur v. ult. Unde etiam quinto veritas nostræ expositionis dilucescit ex oppositione. Ea ratione cœlum & terra peribunt, qua ratione Deus, qua ratione Christus, (de eo enim sermonem hic esse, ex authentica Apostoli expositione Ebr. I. 10. 11. 12. palam est), qua ratione sancti homines permanent. At Deus, at Christus, at sancti homines non secundum attributa tantum & qualitates, sed secundum substantiam permanent, unde vi oppositionis consequens est, cœlum & terram hanc nostram secundum substantiam non peritura, sed peritura esse. Quemadmodum anni Dei non deficient, inquit Gerhardus, inde atque ideo, quia ipse secundum essentiam idem semper

p) Coll. Bibl. Pr. 405.

per est ac manet, sic è converso vi oppositionis coeli ideo mutabuntur ac deficient, quia eorum essentia non manet eadem, sed abolebitur. q) Quæ, uti substantiam rerum interitum, exceptis rationalibus, probare nobis videntur: ita nondum tamen, ut ex sequente apparebit propositione, orbis evincunt annihilationem.

§. XI.

Pergimus ad effata prophetica & cumprimis quidem augustinissimi Prophetarum Jesaiæ, qui ait: Et tabescet omnis militia cœlorum & complicabuntur, sicut liber, cœli: & omnis militia eorum defluet, sicut defluit folium de vinea & de ficu Cap. XXXIV. 4. Levate in cœlum oculos vestros & videte sub terra deorsum: quia cœli, sicut fumus liquefcent & terra, sicut vestimentum atteretur & habitatores ejus sicut hæc interibunt Cap. LI. 6. Ecce enim ego creo cœlos novos & terram novam: & non erunt in memoria priora & non ascendent super cor Cap. LXV. 17. Evidem si recentiores audias interpretes, hæc loca vel plane non, vel ad minimum non propinque & in sensu literali de consummatione seculi agunt, sed mystice veniunt interpretanda. In primis declarat, ait Coccejus ad Jes. XXXIV. 4. exercitum cœlorum tibi confectum iri, aut tanquam putridos fructus casurum. Denique cœlum convolvendum instar voluminis. Quod generalissime accipere possumus de omni cœlo abolendo, h. e. de omni auctoritate abolenda, quæ juxta Deum in ejus populo habitat. r) Et ad c. LI. 6. ait: Per hæc significatur abolitio omnium, quæ sunt ex more hujus seculi, omnisque adeo potentia, potestatis & principatus i. Cor. XV. 24. nominatim thronorum in Ecclesia collocatorum, in quibus sedentes tanquam de cœlo loquuntur Ps. XXXII. 8. 9. s) Denique ad C. LXV. 17. commentatur: quamvis per Christi mortem & effusionem Spiritus S. & destruc-

q) l. c.

r) f. h. l.

s) f. h. l.

structionem Hierosolymæ factum sit cœlum novum & terra
nova: nihilominus tamen etiam postea cœlum aliquod ve-
tus aboletur & terra aliqua vetus, quando illi abolentur,
qui os suum ponunt in cœlo, ut lingua eorum pervadat ter-
ram Ps. LXXXIII. 9. t) In easdem hypotheses discedit Campe-
gius Vitringa ad Jes. XXXIV. 4. inquiens: Cum Deus sub
antiquo foedere ad montem Sina creaverit cœlum & terram
mysticam secundum Haggæum (h. e. instituerit integrum
καταργήσει Politico-Ecclesiasticum,) merito statuimus, omnem Po-
litiam, in qua antiquæ illius œconomiaë figuram deprehen-
dimus, hoc emblemate aptissime proponi. u) Pergit ad Cap.
LI. 6. Spiritus S. Vatem hic primo sensu loquentem facit de
abolitione (*καταργήσει*) œconomiaë antiquæ, comparate ad sta-
bilitatem ac durabilitatem œconomiaë spiritualis, h. e. justi-
tiae & salutis, à Messia populo suo parata, nunquam abolen-
dæ, sed potius in futuro ævo perficiendæ.x) Imo, ut commen-
tum Aberbinelis taceamus, qui R. Salomonem secutus, exer-
citum cœlorum tabescensem C. XXXIV. 4. parabolice de
deficiente operatione Angelorum rationalium exponit, influ-
xu in nationes vel abrogato, vel à Deo ad alias gentes, qui-
bus magis favet, translato, quod post Lyram confutavit no-
ster Varenius,y) locum eundem de judicio in Assyrios gravissi-
mo, locum Cap. LI. 6. de judicio in Chaldæos, atq; locum Cap.
LXV. 17. de restitutione Hierosolymorum intelligit Rev. Dn.
Kortümius, hoc ultimo loco non, nisi per accommodationem
ad futuram omnium rerum renovationem z) Petr. III. 15. al-
legato.z) At vero, etiamsi cum nemine, sensum mysticum
heic includente, velimus contendere, qui sensus Scriptura-
rum propheticarum subordinatos omnino admittimus, ma-
gis tamen emphatica hæc sunt dicta, quam ut de judiciis par-
ticularibus queant exponi, sed in tota sua emphasi idque
primario ad panolethriam respiciunt, eamque luculenter
evin-

t) f. h. l. u) f. h. l. x) f. h. l. y) f. h. l. z) f. his l.

evincunt. Quod enim tabescit, defluit, liquefit, atteritur, ita ut ejus non superet memoria, nec in cor hominis ascendet, id secundum qualitates & substantiam interire oportet.

§. XII.

Missis autem brevitatis studio aliis Prophetarum V. T. locis, ad doctrinam ipsius Salvatoris de orbis consummatione progredimur. Sic autem insit: ἔως ἀν παρέλθῃ ὁ θρανός καὶ ἡ γῆ Matth. V. 18. εἰ θρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελένσονται οἱ δὲ λόγοι μᾶς μη παρέλθωσι. C.XXIV. 35. (quæ totidem verbis repetit & Marcus C. XIII. 31. & Lucas C. XXI. 33.) atque tertia vice provocat ad συντέλειαν τὴν αἰώνος Matth. XIII. 39. XXIV. 3. XXVIII. 20. Evidem cum verbum παρέγχομαι mutationem, abolitionem & cessationem quamcunque, sive quoad esse, sive quoad statum significet, ut idem sit, ac transire, præterire, cessare, ut aboleatur & abolitum maneat, vel transire, ut in alium transferatur statum, edocente Stockio, ex hoc solo verbo vix idoneum pro substantiali orbis interitu depromi poterit argumentum. At vero, cum optimus Salvator de tali interitu loquatur, quo ὁ θρανός καὶ ἡ γῆ hoc ipsum cœlum & hac ipsa terra, οἱ θρανοὶ hi ipsi cœli peribunt; cum ita eum intelligat, ut sit συντέλεια τὴν αἰώνος, quæ phraseologia semper finem omnium denotat, manifestum est, quod Christus Orbis interitum & secundum qualitates & secundum substantiam afferat. Evidem συντέλεια τῶν θρανῶν Hebr. IX. 28. cum aliqua latitudine accipitur; dicitur enī in ea Christus passus, sed ultimam tamen seculorum partem denotat, adeoque expositionem nostram confirmat magis, quam evicit. Et quanquam Amelius aa) hanc συντέλειαν τῶν θρανῶν Matth. XXVIII. 20. de consummatione seu excidio Hierosolymitano, quo stante difficultor sit doctrinae Christianæ propagatio, exponat & verba hæc repetitis vicibus eventu confirmari, affirmet, tamen partim recte respondet Wolffius: non video,

C

quo

aa) Part. II. p. 230.

quo argumento phrasι συνέλεια τε ἀλλος utriusque hujus statutus excidii Hierosolymitani & mundi significationem eodem in loco vindicare poset: bb) partim hæc sensum subordinatio nostræ non obesset sententia.

§. XIII.

Supereft, ut quid D. Petrus, ut aliorum Apostolorum hac de re testimonia jam fileamus, de consummatione seculi docuerit, qui omnium exterritissime & consummatissime de ea egit, brevibus exponamus. Non enim Cap. IV. epist. prior. x. 7. tantum ait: πάντων δὲ οὐ τέλος ἡγγυκε, verum etiam ipsam panolethriam graphicè describit, inquiens: οἱ δὲ νῦν ἔργαν καὶ ηγένεται λόγῳ τεθησαυρούμενοι εἰσι, πυρὶ τηρούμενοι εἰς ἡμέραν κρίσεως καὶ απωλείας τῶν ἀστεβῶν θυρώπων 2 Pet. III. 7. & x. 10. II. 12. οἵτινες δὲ ηγένεται κυρία ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ, ἐν ηγενέται ταῖς εἰσηγήσονται, σοιχεῖα δὲ καυσθέμενα λυθήσονται, καὶ γὰρ καὶ τὰ εν αὐτῇ εργα κατακαΐσσονται. Τέτοιον δὲ πάντων λυθέμενον — διὸ ηγένεται πυρούμενοι λυθήσονται, καὶ σοιχεῖα καυσθέμενα τηκεται, καὶ τοις δὲ ηγενέταις καὶ γὰρ καὶ τῷ ἐπάγγελμα ἀντεῖ προσδοκῶμεν. Non exponemus nunc hæc effata curatius, utpote quod prolixioris res esset operæ, qua in Collegio nostro super Epistolis Petrinis suimus defuncti, sed tantum fundamenta nostræ in iis propositionis indicabimus. Si enim finis omnium consequitur. Finis enim in Scripturis absolute ultimum temporis nostri denotat Matth. XXIV. 34. Si hi ipsi, qui nunc sunt, cœli & hæc ipsa terra veluti thesaurus reservatur ad diem judicii atque perditionis, tum non eorum qualitates tantum immutabuntur, sed ipsa præsens eorum forma substantialis interibit. Si ultimus dies, dies judicii hanc panolethriam occupabit, tum ipsæ corporum coelestium & terrestrium, quæ nunc sunt, substantiæ cessabunt. Iis enim persistentibus etiam præsens rerum commensuratio, anni, dies,

dies, tempus &c. persistant, oportet. Quam rationem re-
ste urget Sandhagenius, inquiens: *Endlich weil diese Dinge
alle amjüngsten Tage werden vorgehen, wie der HErr diesen
Tag Joh. VI. etliche mahl genannt hat, als y. 39. 40. 44. 45.
so muß auch folgen, daß alsdenn Sonn und Mond wesentlich
vergehen werden. Denn so die Sonne bliebe, so würde sie nicht
aufhören, Tage zu machen und denselben vorzustehen. Wäre
aber das, wie könnte denn der Tag des Gerichtes der letzte
sey? cc) Si hi coeli & haec terra igne peribunt, tum non
quidem annihilabuntur, cum annihilatio fiat sine medio, cum
sit actio instantanea, non successiva, ut successive corpora
mundana exurentur, sed tamen secundum substantiam peri-
bunt, uti bruta animalia, arbores, imo ipsa corpora huma-
na, igne combusta, desinunt esse animalia, arbores, corpora
humana &c. Si coeli & terra & omnia ejus opera peribunt,
tum non qualitates tantum, sed ipsa substantia interibunt.
Nam phrali coelorum & terrae & quae in iis sunt, omnia
comprehenduntur, ex quibus Orbis hic constituitur & cum
primis substancialiæ. Deinceps per opera, quae in fine mundi
erunt transitura, intelligit D. Petrus animantia Gen. XXXIII.
14. & alia, quae ab hominibus possidentur, ut arbores & fa-
ta & quæcunque ex industria hominis aut labore parta aut
ex arte & ingenio profecta, ministerio ejusdem cedunt, ob-
servante Oleario. Jam vero haec potissimum ex substancialiæ
consistere, planum est. Si ἡραὶ γοιγὸν παρελένσοιται, si coeli
stridore, igne, fulminibus, quæ sane perdunt & destruunt,
ut notum est, transibunt, ipsa eorum substantia interibit. Etsi
enim verbum παρελθεῖν, ut jam observavimus, de sola substancialiæ
immutatione nollemus accipere: tamen id liquidum est,
quod hanc præcipue significet: & in propria sua significati-
one, verba sunt Schmidii, sicut notum est, significat ejus-
modi*

C 2

cc). Epist. IV. in den auserles. Gedanken p. 65.

modi transitum, per quem res modo præsens, reddatur absens & non amplius apud nos sit: et si interim fiat, ut alibi sit, quo tanquam ad transitus terminum abiverit. In ejusmodi transitu tria concurrere solent, terminus à quo, unde venitur; terminus per quem, præter quem transitur; & terminus ad quem, quo acceditur. In tropo, nostro impensis loco, attenditur id, quod formale, ut sic vocem, est transitus, ut res non sit amplius præsens illi, cui prius facta est præsens: nec terminus à quo aut ad quem attenditur: sicut revera horum terminorum nulla sit mentio. Intelligendum itaque sic est verbum παρελθόνται transibunt, ut significet, cœlos non amplius fore eo loco, in quo nunc sunt. Ubi ergo? nullibi: neque enim alias illis & novus locus in Scriptura assignatur, aut à nobis assignari potest. ee) Quæ quidem postrema cum grano salis sunt accipienda, neque ad annihilationem trahenda. Et si enim hujus ipsius formæ substantialis cœlorum & terræ prior locus non sit futurus atque adeo hæc futura sit nullibi: attamen novum cœlum & nova terra mox in ipso textu nostro surrogantur, neque corpora beatorum erunt nullibi. Si ἐπειδὴ πυρέμενοι λυθήσονται, imo τέτοια πάντων λυγίσκων his omnibus dissolvendis, utique non qualitates tantum eorum immutabuntur, sed ipsa substantia concidet. Λύεται enim est destruere Joh. II. 19. Eph. II. 14. verbum λύεται, inquit Gerhardus ff) pro destructione usurpatur Joh. II. 19. λύσατε τὸν νέαν τὸν τέτοιον, Act. XVII. 42. πούντα εἰλύεται puppis destruebatur à vi fluctuum, I Joh. III. 8. filius Dei venit, in λυση, ut destruat opera diaboli. Præsertim corpora mixta πυρέμενα & καυσόμενα omnino substantialiter intereunt, uti per experientiam constat. Hinc porro, si ipsa σοιχεῖα καυσόμενα λυθήσονται καὶ γῆ καὶ τὰ ēν αὐτῇ ἔργα κατακανοσταται, elementa ardentina solventur & terra & quæ in ea opera, comburentur,

ee) Colleg. Bibl. Post. p. 397. ff) In Comment. s. II. Petr. p. 406.

tur, substantialis omnino interitus est admittendus. Si enim cum plerisque interpretibus per τοιχεῖα intelligamus elementa philosophica & pro illis creaturis simplicibus, quæ compositarum seu mixtarum sunt principia, dissolutio horum simplicium aliter concipi nequit, quam per dissipationem substantialiem. Si autem, quod malumus, per τοιχεῖα intelligantur corpora cœlestia, etiam horum destructio & exustio ita fieri nequit, ut prior forma substantialis maneat, sed ut omnino interitus substantialis innuat, cum præsertim de his corporibus cœlestibus dicatur, non tantum quod sint καυστέρα atque τηνελαι, ut cera tabescit, sed etiam καλανάστατα. Particula autem κατὰ, ut notum est, significatum intendit atque adeo combustionem ipsius substancialis infert. Denique licet nollemus determinare, quid per cœlos novos & terram novam, in quibus justitia habitat, sit intelligendum: attamen uti non qualitates, quod distinctione docet ab inhabitante justitia, sed novas substancias denotant creandas, ita priorum substancias interisse, oportet. Itaque collectionem Gerhardi approbamus, inferentis: si cœli & terra reservantur igni, cœli magno stridore & impetu præteribunt, elementa calore solventur, terra autem & quæ in ea sunt opera, exurentur, cœli igne succensi solventur & elementa ignis ardore liquefcent, consequens est, mundum non tantum secundum qualitates, sed etiam secundum substancialis interitum. Sed verum Prius. Ergo etiam Posterius. gg) Quæ vel contra hæc argumenta nostra excipiuntur, vel iisdem opponuntur, plura sunt, quam quæ hic afferri & excuti queant. Namque pluribus exceptionibus & argumentis utuntur Turretinus, Maresius, Rivetus, Ligfootus, Piæterus, Braunitus, Spanhemius, Heideggerus, ut plures alios taceamus, ad ea autem, si Dominis opponentibus placebit, Autores hos evolvere, & ex iis respondendi occasionem nobis suppeditare, in confictu responderem, conabimur.

C 3

PRO-

gg) loc. cit. p. 413

PROPOSITIO ALTERA.
ORBIS HIC NIHIL OMNIS NON EST AN-
NIHIL ANDUS.

§. XIV.

ET si dogma de futuro mundi interitus ne Ethnici quidem prorsus incognitum fuisset, jam observaverimus, nihil tamen certi, nihil explorati hac in re eos habuisse, sed densa caligine involuta fuisse omnia, apricum est omnibus. Quo fit, ut quicquid cum aliqua certitudine & luce dici potest de hac Panolethria, ex diviniore repetendum sit revelatione. Cum igitur in quaestione: an orbis hic sit annihilandus? res eo inter Christianos redeat, an sive exerts & explicitis verbis, sive etiam iis effatis, ex quibus evidentibus & necessariis consequentiis elici queat mundi annihilationis doctrina haec in sanctioribus literis tradatur? primum hoc nobis ex irrefragabili hoc principio nascitur argumentum, quod futura mundi annihilationis firmiter adstrui nequeat, cum partim nullum profet effatum, in quo diserte & totidem verbis extet, orbem hunc esse annihilandum, id quod ne ipsis quidem dissentientes diffitebuntur, qui, quantum nobis constat, id genus effati haec tenus producere, non potuerunt, partim vero neque ulla sint principia, à Scripturis suppeditata, ex quibus per evidentes & necessarias sequelas haec hypothesis, quod mundus hic sit annihilandus, fatis solide queat stabiliri, uti ex responsionibus nostris ad argumenta dissentientium, inferius proferendis, luculenter constabit.

§. XV.

Verum enim vero hoc argumento negativo, licet solido & sufficiente, non tamen nitimus solo, sed ex ipsis sedibus doctrinæ hujus de futura mundi consummatione evidencia nobis depromi posse, videntur argumenta, quod ea non cum annihilatione totius hujus universi futura sit conjuncta. Non

Non admodum urgebimus, mundi interitum describi in Scripturis per τὸν periit Pf. XII. 26. 27. per παρέχεσθαι præterire, Matth. XXIV. 35. Marc. XIII. 31. Luc. XVI. 17. XXI. 43. 2 Pet. III. 10. Apoc. XXI. 1. per παράγειν & Joh. II. 17. 1 Cor. VII. 31. transire &c. Jam vero hæc verba nullibi in tota Scriptura, quantum novimus, ipsarum substantiarum annihilationem inferunt. Fessilius, qui magna diligentia significatio verbi τὸν excusfit atque illud rei evanescientiam, destructionem & abditionem, cessationem, defectum, afflictionem, frustrationem, oblivionem, panoletthriam, mortem corporis, mortem æternam, extremam miseriam, famem, inediā, loci desolationem &c. significare ostendit, nullum tamen annihilationis substantiæ proferre potuit exemplum, quod enim de cucurbita Sole arefacta & in nihilum redacta adfert, ut per se patet, non annihilationem, sed substantiæ tantum destructionem probat. hh) Sic & Stockius, eosdem comprobans significatus, unum pro annihilatione addit locum Pf. CII. 26. 27. de quo vero ipso quæstio est, ut adeo, cum centes & ultra obvium hoc verbum nullibi annihilare substantiam dicat, nec in hoc loco, nisi id aliunde proberetur, hanc habebit notionem. Eadem est ratio verbi παρέχεσθαι & παράγειν, quæ metaphorice præsertim adhibita mutationem, abolitionem & cessationem sive qua esse, sive qua statum, ut idem sit, ac transire, præterire & cessare, ut aboleatur & abolitum maneat; vel transire, ut in alium transferatur statum, item evanescere, definere, interire, perire, denotant, nunquam vero annihilationem substantiæ significant.

§. XVI.

Sed graviora nobis suspetunt argumenta, ex ipsis textuum visceribus desumenda. Psaltes dicit, ita cœlum & terram interitura, ut vestis veterascit, dicit de Deo mutabis ea & mutabuntur; quæ & Paulus repetit Ebr. I. 10. seqq.

παλαιῶ-

hh) In Advers. S. p. 231. seqq.

παλαιῶσσας, ἀλλαγῆσσας. At vero veterascere, non est
 annihilarι, mutare & mutari, non est annihilare, vel annihili-
 lari. Vestis veterascens, mutata, non annihilatur. Dein-
 ceps D. Petrus comparat inter se interitum prioris orbis &
 futuram ἀπώλειαν. Εἰ δὲ, inquit, ὁ τότε κόσμος ὑδάτι κατακλυσθεὶς
 ἀπώλειο, εἰ δὲ νῦν ἔργαν καὶ ἡ γῆ τῷ αὐτῷ λόγῳ τεθησαντομένους εἰσὶ²
 πυρὶ τηρέμενοι εἰς ἡμέραν κρίσεως καὶ ἀπώλειας τῶν αἰσθαντῶν ἀνθρώπων
 2 Pet. III. 6.7. Jam vero priorem orbem per diluvium pro-
 fus fuisse annihilatum, nemo hominum unquam somniavit,
 neque ulla veri cum specie somniare potuit. Quare ipse
 Schmidius ait: Vult Apostolus significare totam mundi im-
 mutationem. Cœli erant olim, non ut inundarent mun-
 dum, sed frugifera tempora darent mundo: terra erat olim
 ab aquis separata, ut esset hominum habitatio: aquæ suis
 carceribus erant-inclusæ, ut terram non impedirent in opere
 suo. Sic omnia serviebant mundo & ejus ordinem. Sed in
 diluvii generatione omnia sunt immutata. ii) Tertio πυρὶⁱ
 igne dicitur fieri hæc orbis vastatio; Sed vero annihilatio
 esset actio Dei immediata, uti creatio, nullo interveniente
 medio itaque ad præsens negotium non quadrat. Quarto
 pergit Apostolus: εὑρέα δὲ κανονίμενα ληθῆσσας καὶ γῆ καὶ τὰ
 ἐν αὐτῇ ἔργα κατακλύσσεται. Τέταν σὺν πάντων λυομένων. Enim vero
 igne solvere, non est annihilare: quia enim igne solvuntur,
 in nihilum non abeunt, uti constat experientia. Δύνεται solvere,
 nunquam annihilare substantiam, multo minus θέμεν, quod
 est liquefacere, significat, quod enim solvit & liqueficit,
 non abit in nihilum, sed remanet. Denique Apostolus edo-
 curus, quod hoc mundo non sit abutendum, insit: παρά-
 γε γὰρ τὸ οὐρανόν καὶ τὴν γῆν I Cor. VII. 31. quo ipso non
 orbem hunc annihilari, sed schema ejus peritum, affir-
 mat, atque adeo de annihilatione non cogitat.

§. XVII.

ii) Colleg. Bibl. II. p. 400.

§. XVII.

Præterea multum roboris nostræ sententiaæ accedit ex instituta à D. Apostolo Petro oppositione: ait enim: προσδοκῶντας καὶ σκέψοντας τὴν παρουσίαν τῆς ἡλικίας, διὰ ἣν εργαζόντες μηδέμεοι λυθήσοιται, καὶ τοιχεῖα καυσθέμενα τίκτεται, καὶ μὴ δὲ γένενται καὶ γῆν καὶ νῦν κατὰ τὸ ἐπάγγελμα σὺντε προσδοκῶμεν, εν αἷς δικαιούντην κατακεῖ. Evidem nec instituti nostri brevitas, nec rei gravitas patitur, ut quæ cœlorum horum novorum & terræ novæ futura sit ratio, indagare, annitamur: at oppositio tamen oppido est manifesta. Non potest latere eos, qui in lectione auctiorum recentiorum sunt versati, quam singulares de cœlis his novis & terra nova propinaverint nonnulli sententias. Sunt, qui haec physice de mutatione cœli & terræ ita intelligunt, ut tellurem post conflagrationem, postquam novam adepta fuerit formam, rursus inhabitatum iri à iustis statu paradisiacæ felicitatis existimant, uti Jungmannus & Burnetus. Alii per coelos & terram metaphorice oeconomiam antiquam intelligunt adeoque adventum Domini ad supplicium igne de impiis sumendum, de excidio Hierosolymorum per Romanos interpretantur, uti Lightfootus, Oenus, Caveus & cum aliquo temperamento Hammondus. Cœlos novos & terram novam Coccejus de innovatione status Ecclesiæ facienda in fine temporum exponit. Denique Campegius Vitrina cum aliis creationem oeconomiæ novæ cum suo complemento describi opinatur, ita quidem, ut D. Petrus loca Jesaiæ, ad quæ provocat, non acceperit secundum primum sensum propheticum, cum primo sint intelligenda de oeconomia sive conditione Ecclesiæ aliqua in his terris in aliam meliorem mutanda, sed Petrum pro more Scriptoribus N. T. recepto, beneficium Ecclesiæ in his locis promissum in relectu sua considerare, absque qua hoc beneficium non posset consistere & absque cuius respectu illud

D.

Eccle-

Ecclesiæ non potuisset ex dictiōnum amplitudine & copia, quæ apud Jefaiam occurrit, promitti, itaque recte Petrum secundum communem sententiam de novissimo tempore intelligi. Nec vacat, nec opus est, has sententias expendere, cum præsertim alter horum auctōrum alterius confutet hypotheses. Burnetus secundam, Vitrīga primam, secundam & tertiam. Ut autem recte hactenus pro communī stat expositione laudatus Vitrīga: ita in eo assensum nostrum non impetrat, quod D. Petrus Jefaiam non secundum primum sensum propheticum acceperit; cum nulli dubitemus, ex interpretatione Petrīna avthentica potius constare, eodem sensu primario intelligendum esse Jefaiam, quo Petrus, si vel maxime alii etiam sensus subordinati non essent excludendi. Sed, his sepositis, liquidissimum est ex textu Petrino, quod cœlos exustos & terram destruetam exceptuari sint novi cœli & nova terra, aliud cœlum & alia terra, exponente Stockio, atque adeo, licet hæc ad coelestem ablegemus Academiam, de annihilatione priorum nihil hic affirmari, sed eam oppositione hac dissipari, merito conficimus.

§. XVIII.

Denique ex rationum, quibus hic utuntur dissentientes, infirmitate, quod quidem absque debitæ venerationis dispensio dictum volumus, cum Viros hos magnos alias magni facimus, nostram hypothesisin reddimus firmiorem. Primo provocant ad loca à nobis quoque allegata v.gr. ad Pl. CII. 26. 27. ex quo colligunt: Quo pacto Deus permanet, eo pacto cœli & terra non permanent. Atqui Deus permanet secundum substantiam. Ergo cœlum & terra secundum substantiam non permanent. Porro: Cœlum & terra ita non permanent, ut non amplius anni & tempus permaneant. Ergo etiam eorum duratio cessabit. Cujuscunque autem duratio cessat, illud ipsum quoad totum esse cessat adeoque annihilatur.

latur. Primum argumentum nos admittimus, utpote qui
 & ipsi affirmamus, cœlum & terram secundum substantiam
 non permanere & firmissima omnino Psaltis est collectio:
 quo modo immutabiliter & inalterabiliter permanet Deus,
 eo modo sine mutatione & alteratione non permanent cœ-
 lum & terra, sed ex hoc solo ne firmiter quidem substantia-
 lis mundi interitus potest inferri, multo minus annihilatio. In
 posteriori vero argumento negamus & antecedens & conse-
 quens, hoc quidem, quia anni & tempus pertinent ad hanc
 vitam, utpote secundum quæ generationes & interitus rerum
 commensurantur atque aëta hominum dispensantur, quod
 cessaturum esse, ultro largimur. Accedit, quod à cessatione
 hujus temporis & commensurationis ad omnimodam
 cessationem ipsamque mundi annihilationem n. v. c. Deinde
 antecedens in hoc textu ne quidem habetur. Nam anni
 Dei indeterminabiles opponuntur brevitatì vitæ nostræ ¶ 24.
 25. non autem dicitur, quod tempus & anni orbis non per-
 maneant. Denique ultimam illationem limitamus: cuius-
 cunque duratio absolute cessat, id ipsum simpliciter cessat,
 sic transeat, sed cuius duratio secundum statum & formam
 substantialem etiam cessat, illud secundum totum esse cessat
 adeoque annihilatur, id ipsum est, quod negamus. Imo ne-
 gamus, quod durare nequeant, quæ tempori nostro non sunt
 obnoxia. Quid enim alias fieret cum Deo, cum Angelis,
 cum beatis, præsertim cum eorum corporibus aliquando
 cum animabus redunitis?

§. XIX.

Secundo opponunt, creaturam irrationalē desiderare
 destructionem sui, liberationem à turpi servitio, quod præ-
 stare cogatur hominibus Rom. VIII. 19. 21. At totalem libe-
 rationem non nisi annihilatione fieri. Sed & primo cum Ger-
 hardo: hic locus Apostolicus primarius est, quem pro con-
 D 2 traria

traria sententia vel maxime urgent. Expressæ enim videtur Apostolus assertere, quod creatura æque ac filii Dei à corruptione sit liberanda & ad libertatem ab omni corruptione immunem traducenda. kk) Et profecto 2do liberatio juxta sensum communem non est annihilationis, & quod totalis liberatio, quæ per annihilationem fiat, intelligatur, ex textu non elicetur, sed eidem infertur; destructionem autem substantialem nos non negamus. Sed 3to, eo minus hic locus vel pro una vel pro altera afferri potest sententia, quo magis non tantum valde dubius est arque controversus, sed etiam nostra interpretatione plane non de creatura irrationali agit, atque adeo neque ejus liberationem sive per annihilationem sive per meliorationem comprobat. Idoneis rationibus hanc nostram expositionem in notis ad Biblia Germanica comprobavimus, quas nunc, brevitatib[us] studentes, non repetemus. Præcipua argumenta eo redeunt, quod prædicata ab Apostolo allata, in creaturam irrationalem, cum res inanimatae sola nunquam in Scripturis dicantur κτίσις, plane non quadrent & durissimam prosopopoejam, à stylo epistolari prorsus alienam & mysterium Scripturis incognitum ex sententia vulgari inferant. Ex adversum vero notio κτίσις, qua homines eosque ethnici significat, ex modo loquendi tempore Apostolorum familiari atque in ipsa Scriptura indubie adhibito, est evidens. Sic verba Salvatoris: κηρύζετε τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσις Marc. XVI. 15. & ἐν πάσῃ τῇ κτίσι Col. I. 23. à nemine non de hominibus iisque ethnici accipiuntur, nec intelligi aliter possunt. At πάσα haec κτίσις in loco parallelo Matth. XXVIII. 19. avthentice exponitur πάσα τὰ οὐρανά, omnes ethnici, ut adeo etiam, quid πάσα κτίσι Rom. VIII. 22. sit, facile hinc intelligatur, nempe omnes ethnici, conversionem anheliantes, neque opus sit alloctria & in Scripturis nunquam obvia, à scopo Apostolico remota & phrasibus ejus minime convenientia,

kk) In Locis de Consummat. Seculi §. 52. p. 416.

mientia, confingere. Ex pluribus quædam tantum addemus testimonia, quod hæc phraseologiam temporis fuerit usitata. Propterea, inquit S.R. Dn.D. Deylingius, ll) Apostolus fideles istos denominavit à parte potiori & majori, κτισιν, creaturam, more Ebraorum, qui gentiles בָּרִיתְהַמְּלָאָכָל creatures, usitatissime adpellare solebant. Ita in Beresch. Rabba, Sect. XIII. בְּרִיתְהַמְּלָאָכָל sermo omnium creaturarum, i. e. Ethnorum, est solum de rebus terrenis, בְּרִיתְהַמְּלָאָכָל & omnes orationes creaturarum sunt pro terrenis. At omnes orationes Israëlitarum sunt solum pro loco sancto. Hic Israëlitis opponuntur בְּרִיתְהַמְּלָאָכָל, creature, i.e. Gentiles. Interdum כל הבריות omnes creaturæ, omnes homines notant. Sic Maimon. in Sanhedr. cap. 2. בְּרִיתְהַמְּלָאָכָל, amor creaturarum, dixit pro φιλανθρωπίᾳ. Eruditus observavit Lightfootus in Hor. Talm. in Marc. XVI. 15. formulam, Judæis tritissimam, לְלִי repondere πάσῃ τῇ κίτισι. quæ verba Matthæus exponit πάσῃ τῇ εἰση, Matth. XXVIII. 19. quando igitur Apost. dixerat, se argumentis non fallentibus persuasum, certumque esse, hujus Seculi perpessiones non dignas esse gloria in filiis Dei revelanda, probat id ex conditione fidelium, qui ἀποκαλύψουνται νιῶν τοῖς οὖσι vehementissimo quodam desiderio præstolentur, quale est eorum, qui capite erecto stant, & exerto quasi collo prospiciunt in omnes partes, annon adveniat, quem è longinquō venturum operiuntur, quod καραδοκεῖ dicunt Herodotus, Euripides, Aristophanes, aliique. καραδοκεῖ Ηεψίχιος est προσδοκεῖ εὐδέλεξτα ή ἐπιτηρεῖ το κεφαλαιον το πράγματος. Idem ἀποκαραδοκεῖ interpretatur προσδοκεῖαν & ἀπεκδοχήν, desiderium & expectationem. Nam η ἀποκαραδοκεῖα τῆς κτισεως est ipsa κτισις ἀποκαραδοκεῖσα creatura expectans, more Ebraeo. conf. Rom. VIII. 3. Matth. XXIV. 15. Ipsa igitur ἀποκαραδοκεῖα vox, de κτισι enunciata, docere nos potest, verba Apo-

stoli, non de creaturis rationis expertibus, sed de hominibus accipi oportere, cum præfertim non desint loca, in quibus *υτίσεως* vox de solis hominibus usurpatur, ut Marc. XVI. 15. Col. I. 23. Quemadmodum autem his in locis πάσα κτίσις ponitur ὑπενδοχήμας pro omni *υτίσει ἐνθρόπινη*, ita eadem loquendi ratio Doctoribus Talmudicis trita & frequens est, nec obscure nostram sententiam illustrat. In Pirke Aboth dicunt Magistri בְּרִית מָמֹנָה אֶת־הַמְּקוֹם amans Deum, amat etiam creaturem, hoc est, homines. Quod convenerit cum præcepto Christi i Joh. IV. 21. Ταύτην ἡντολὴν ἔχομεν ἀπὸ ἀὐτοῦ, οὐαὶ ἀγαπῶν τὸν Θεὸν, ἀγαπᾶ καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. In codice Avoda Sara cap. I. p. 21. Editionis Edzardianaæ ל' בְּרִית מָמֹנָה de omni homine usurpatur. Quod Judæis adeo familiare est, ut passim repeatant. Eodem sensu occurrit in Tosaphoth Marginalibus fol. 7. Col. 1. lin. 4. a fine, ubi וְהַבְּרִית מִבְּשָׁר furantes mentem creaturarum dicuntur illi, qui imponere student hominibus aliis, & hypocritice illos fallunt. Et paulo post linea ultima commemorantur וְהַבְּרִית מִבְּשָׁר fallentes creaturem, id est, homines. Videatur Georgii Eliez. Edzardi Præf. in Cap. primum Tractatus Talmudici Avoda Sara p. m. 45. Recte proin *υτίσιν καὶ ἐξοχὴν* de hominibus iisque ethnicis usurpari, Cartwrightum, Lightfootum, Hammondum, Knatchbullum, Joshua Arndtum, Casaubonum, Suicerum & Le Cene, quibus è nostris adde Ittingum & laud. S. R. D. D. Deylingum, evicisse, ipse observavit Wolfius. mm) Jam vero homines in seculi consummatione non annihilari, & speciatim etiam ethnicos conversos ad veram filiorum Dei liberationem atque perfectionem pertingere, est in confessio, ut adeo locus hic à quæstione nostra sit alienus: καὶ ἐνθρόποι vero si urgeatur, ne ipse quidem Summe Rev. Dn. D. Klau-

mm) In Curis ad Evang. Marci p. 542. 19.220.11

Klausingius nn) diffiteri potest, occurrere hic nodum, qui semper interpretibus crucem fixerit & quanquam ad objectionem S. R. Dn. D. Langii: describi hanc creaturarum liberationem, non solum privative, sed & positive in respectu novi status: Nam non solum dici creaturem liberari *ἀπὸ τῆς δελείας*, verum etiam *εἰς ἡλεύθεραν τὴν νέαν τὴν θεᾶν*, quod non possit intelligi de annihilatione, respondeat, particulam *εἰς* hic poni pro *iv* & inter liberationem propriam atque impropriam distinguat, tamen nodum ita non solvit, sed fecat & principium petit, quod evitasset, si solidiorem expositionem hujus dicti à Venerandis Collegis Dn. Ittigio & Dn. D. Deylingio propositam, nodoque carentem, fecisset suam, quod modeste hic nobis licebit monuisse.

§. XX.

Tertio dicunt: cœlum & terram ita peritura, ut non amplius sint Job. XIV. 12. Apoc. XXI. 1. ut non amplius sit futura luna Pf. LXXII. 7. Sed &c. ex his plus non sequitur, quam quod ipsa substantialis forma cœlorum, terræ, lunæ &c. sit peritura, quodque adeo hi cœli, hæc terra, hæc luna, hæc corpora, quæ nunc contuemur, sint interitura, id quod omnino concedimus, de annihilatione vero nihil habetur. Deinde: an luna, stellæ, aliaque corpora tam cœlestia, quam sublunaria post seculi consummationem sint futura? nos non determinamus, sed de iis abstrahimus atque adeo loca, quæ ea non fore, affirmant, nobis non officiunt. Denique locus Apoc. XXI. 1. si secundum literam est accipiendus, contrarium potius adstruit, cum cœli novi & terræ novæ, priores excipientis, injiciat Johannes mentionem, si vero mystice venit exponendus, ut à plerisque accipitur, iterum annihilationem mundi hujus nec adstruit, nec destruit, sed alienus est.

§. XXI.

nn) In Disputat. de Annihilatione Mundi pag. 19. seq.

§. XXI.

Quarto, inquiunt, D. Petrum affirmare, cœlum & terram peritura, quod verbum simpliciter positum totalem destructionem passim innuat, & quidem peritura, uti telum cum stridore transit per aera. Quemadmodum igitur telum quoad substantiam transeat, ut nihil ejus in aere, per quem transit, supersit, ita etiam cœlum quoad substantiam periturum, ut nihil ejus in pristino $\pi\pi$ supersit. Imo elementa ipsa & terram & omnia opera in ipsa, esse exurenda, ita ut non amplius memorentur, aut in cor hominis ascendant Jef. LXV. 17. quicquid autem ita destruatur, ut nulla ejus memoria & vestigium relinquatur, illud plane in nihilum redigi. Quodcumque compositum ex elementis ita constet, ut sine elementis esse nequeat, illud elementis abolitis, in purum putum nihilum abire. Atqui cœlum & terram ex elementis ita constare, ut sine elementis esse non possint. Ergo, quia ipsa elementa abolentur, ipsa in purum putum nihilum abire 2 Pet. III. 10. coll. 7. Speciem quidem hæc præ se ferre videntur, sed curatus inspecta, annihilationem tamen orbis non probant. Nam 1. posito verbum perire, absolute positum, destructionem ipsius substantiæ passim inferre, non tamen solida esset illatio, quia passim etiam immutationem tantum qualitatum & status inuit, ut pluribus exemplis ostenderunt philologi, omnium vero minime contra nos valeret, qui substantiam orbis interitum ipsum adstruximus, idque eo minus valeret, quia verbum hoc in tota Scriptura annihilationem substantiæ nunquam significat. 2do exemplum teli, aerem transeuntis, plane oppositum probat; tale enim telum secundum ipsam suam substantiam non perit, uti per se constat, nedum, ut annihiletur. 3tio Elementa ipsa aboleri, non affirmat Petrus, sed dissolvi, exuri, adeoque quæ ex abolitione eorum nec*ti-*

nectitur consequentia, nulla est. Ut nihil dicamus de eo, admodum dubium esse, quid rei Apostolo sint *σοιχεῖα* dissolvenda? ut adeo per ea elementa philosophica, absque quibus composita physica esse nequeunt, sine probatione intelligere, petitio sit principii; hæc enim *σοιχεῖα* à cœlo & terra ejusque operibus distinguuntur adeoque non videntur esse elementa philosophica, in quorum numero etiam est terra, aer, ignis, nec commode dici potest, ignem igni comburendum, adeoque sunt initia & rudimenta rerum, interpretante Schmidio, vel adhuc probabilius, sunt corpora illa coelestia particularia Sol, planetæ, sidera fixa, quæ Græcis *σοιχεῖα* *ἥγεντα* dicuntur, quæ secundum substantiam suam dissolvenda esse & exurenda, prævio D. Petro, ipsimet affirmamus. At vero nulla est consequentia, *σοιχεῖα* hæc sunt dissolvenda, sunt exurenda, ergo in nihilum sunt abitura. Nam nulla substantia in minimos licet cineres & pulvulos dissoluta & exusta, prorsus tamen abit in nihilum, uti experientia constat & ratione. Quod vero ad locum Jes. LXV. 17. attinet, eum à pluribus longe aliter & mystice exponi, jam supra observavimus. Sed sit ita, intelligatur primo etiam sensu de physica immutatione & excidio ultimo, nobis tamen non obest. Nam exinde id tantum consequitur, quod forma etiam substancialis præsentis cœli & terræ ita sit peritura, ut ejus nulla amplius futura sit recordatio, ut in cor non amplius sit ascensura, quod ipsum ex his verbis supra adstruximus. Annihilationis autem adeo nullum hic habetur vestigium, ut potius, cum novi cœli & nova terra his prioribus, in oblivionem adductis, surregentur, non omne, quod cœli & terræ nomine venire potest, in nihilum abiisse, liqueat, ut adeo non *ἀπλᾶς*, sed *κατὰ τὶ* cœlorum & terræ negetur memoria.

§. XXII.

Pergunt, Vto totalem destrucionem idem Petrus citato Cap. III. sex argumentis confirmat, desumptis α) à Dei veritate contra Empæctas v. 4. β) à decreti divini immutabilitate, etiam ad damnatorum poenas extendendi v. 7. γ) à mundi creatione, quia hic, sicut per Verbum Dei ex nihilo creatus, ita etiam per Verbum Dei in nihilum est redigendus v. 5. δ) ex primi mundi per aquam destrucione v. 6. Sicut enim Deus primum mundum per aquam, inundando eum, perdidit, ita secundum mundum per ignem prorsus destruet. ε) ex novo coelo & terra v. 13. quia si novi coeli sunt exspectandi, priores sunt destruendi. ζ) ex fine ultimo, seu justitia divina v. 13. ad quam homo creatus est. At vero nihil horum probat orbis annihilationem, sed merae sunt principii petitiones, & nonnullæ rationes oppositum probant. Non erimus in re manifesta prolixi. Argumentum D. Petri contra Empæctas firmissimum est. Ut enim empæctarum oppositiones partim contra promissum Christi adventum partim contra mundi immutationem vergebant. Ubi est promissio adventus ejus? omnia sic permanent, ut ab initio creaturæ, atque adeo minime de modo finis omnium, sed de re ipsa quæstio erat: ita veritatem rei à Veritate Dei ostendit Apostolus. Quæ vero sequela adventus Christi ultimus certo est futurus, cum promissa Dei non fallant, orbis hic non permanebit, uti est. Ergo annihilabitur? Sic etiam judicij divini immutabilitas spectat ad reservationem *τις ἡμέραν κείσεται καὶ ἀπωλείας τῶν ἀσεβῶν ἀνθρώπων*. At vero dies judicij & perditionis impiorum omnino infallibiliter consequetur. Sed quid hæc ad mundi annihilationem? quæde altum est silentium. De creatione autem mundi ex nihilo, alias quidem certa, v. 5. nihil habetur, sed dicitur *εἰπεῖς οὐδεὶς ἐκπατάλαι καὶ γῆ οὐδὲ οὐδατος καὶ δι οὐδατος συνεγώσα*. Cum igitur

igitur ne antecedens quidem illationis hic extet, multo minus consequens, quod ne quidem etiam posito antecedente legitime inferretur, inde consequitur, adeoque quam infirmum hoc sit argumentum, dispalefecit. Oppositorum enim eadem est ratio, si secundum idem & eodem respectu opponantur, quod hic probandum, non supponendum est. Imo ex modo laudato canone evertitur ratio sequens v. 6. ex primi mundi per aquam destructione. Uti enim Deus pri-
mum mundum licet misere perditum, tamen non annihila-
vit: ita ex ejus ruina adeo non sequitur mundi annihilationis,
ut potius oppositionis ratio contrarium suadeat. Idem est
respondendum ad rationem ex v. 13. ex novo coelo & nova
terra. Contrarium enim sequitur, quia si novi coeli & no-
va terra sunt expectanda, priorum destruētio, non erit an-
nihilatio. Ultimam vero rationem plane non capimus, ex
v. eod. ex fine ultimo seu justitia divina, ad quam homo cre-
atus est. Fiat argumentum, homo conditus est ad divinam
justitiam. E. Orbis hic annihilabitur. Quae hæc collectio?
Imo ne dicitur quidem antecedens in textu; coelos fore no-
vos dicitur & terram novam, in quibus justitia habitet, non
de divina, sed humana justitia, justitia originali plene resti-
tuta sermo est, quæ cum sit habitatura, habitaculum esse
oportet, in quo habitet. Egregia argumenta, quæ opposi-
tum probant.

§. XXIII.

Addunt, Vito quo modo una cum mundo, mundi cupi-
ditates transibunt & periturae sunt, eodem & mundus ipse
peribit. In textu græco occurrit vocabulum παράγεται, op-
poniturque ibidem τῶς μένειν εἰς ἀπόγεια, quod iterum non potest
aliter, quam de annihilatione exponi. Sed vero & hæc επι-
σημια periturae sunt ita, ut post consummationem seculi non
sint futurae. Ergo & mundus periturus ita est, ut post se-

E 2 culi

culi consummationem prorsus non sit futurus. Sed, ut nihil dicamus de eo, posse nos concedere conclusionem, quod præsens hic mundus, quoad formam suam substantialem, quam nunc habet, prorsus sit perititus atque adeo non futurus, ut adeo argumentum, nisi adsperrgatur annihilationis, nos non feriat, ut etiam taceamus, *ἐπιθυμίας* non esse substantias, ut adeo si interitus mundi non esset alius, quam qualis est concupiscentiarum, non foret substantialis: illud solum observamus, totam vim argumenti redire ad significacionem verbi παράγεντος, quam non, nisi de annihilatione exponi posse, supponitur, non probatur, cum è contrario jam dixerimus, vix & ne vix quidem ex tota Scriptura proferri posse locum, in quo verba τόπος, παρέχεσθαι, παράγεντος &c. annihilationem inferant, cum potius usus eorum, qui cerebrimur est, in alia beat omnia. Itaque eo modo mundus hic non manet, sed perit, quo modo fideles permanent *εἰς αἰώνα*; quod autem *ἀπλάνης* annihiletur, nec hic, nec alibi in Scripturis affirmatur. Neque hanc annihilationem orbis probat illud Poetae:

Nec, quæ præteriit, rursus revocabitur unda,
Nec, quæ præteriit, hora redire potest.

Nam unda, quæ præteriit, licet sit irrevocabilis, non tamen annihilatur, nec hora vel etiam fumus Jes. LI. 6. est substantia, adeoque substantialiter etiam non interit. Eadem ratione cera ab ardore Solis dissipata Ps. XCVII. 5. folium de vite & de ficu decidens, Jes. XXXIV. 4. vestimentum veterascens &c, Jes. LI. 6. licet pereant, non tamen annihilantur.

§. XXIV.

Septimum argumentum pro annihilatione hujus orbis *ex* eo desumunt, quia cœlum & terra locum & tempus, durationem & ubi penitus sint amissa: jurare enim Angelum, non

non amplius fore tempus Apoc. X. 6. nec locum cœli & ter-
ræ inventum iri C. XX. II. à conspectu ejus, qui insidebat
throne, fugere cœlum & terram & locum, non esse inven-
tum eis ibid. Quodcunque autem corpus naturale tempus
& locum, durationem & ubi penitus amittet, illud quoad
substantiam annihilabitur. Cujus ne Deus ipse locum inve-
nire potest, quod in conspectu omnisci nullibi comparet,
illud quoad substantiam totam in nihilum abiit. Atqui cœ-
li & terra locum ne Deus ipse quidem invenire potest. Er-
go. Porro: quicquid excidit è conspectu non solum huma-
no, sed etiam divino, illud non amplius est & in purum
nihilum redigendum est. Atqui cœlum & terra excidet è
conspectu non solum humano, sed etiam divino per l. c.
Ergo. Sed &c. i. quod attinet ad locum Apoc. X. 6. eum
prorsus esse alienum; neque enim jurat Angelus, non am-
plius fore tempus absolute, sed, uti ex contextu & re ipsa
manifestissime patet, id tantum vult, non amplius fore mo-
ram, sed judicii tempus advenisse; unde addit, sed diebus
vocis septimi Angeli cum clanget consummatum iri myste-
rium, ut adeo sensus sit, moram temporis nullam esse in-
tercessuram inter clangorem septimæ tubæ & oraculorum
propheticorum impletionem. Nam vox *χρόνος* saepius signi-
ficat moram, ex. gr. Apoc. II. 21. & *χρονίζειν* morari Luc.
XII. 45. Ebr. X. 37. Hab. II. 3. & hanc tubam alia adhuc in-
secuta sunt in terra, tempore adhuc durante, uti post Gro-
tium, Brigtmannum, Pareum, Coccejum, Launæum, Me-
dum, Hammondum aliasque egregie observavit S. Vener.
Dn. Joach. Langius oo) & rationibus adhuc aliis confirma-
vit Campegius Vitringa. pp) Quæ, cum ita sint, locus hic ad
consummationem seculi substantialem confirmandam, de
qua prorsus non agit, nihil facit, multoque minus ejus an-
nihilationem stabilis. Sed 2do locum Apoc. XX. 11. de ex-

E 3

tremo

oo) f. h. l.

pp) In Anacr. Apocal. f. h. h.

tremo agere judicio & consummationem orbis substantialem adstruere, jam observavimus, quod autem ejus annihilationi faveat, nihil in eo deprehendimus. Nam omnino hic orbis fugiet è conspectu judicis & post consummationem ne oculis quidem omnisci obvia & conspicienda erit prior ejus substantia, omnino pristinus ejus locus non erit inventus, sed de annihilatione ejus nihil dicitur. Itaque quod ἀπλῶς omni duratione, tempore, loco & ubi excidit naturale corpus, id pro nihilo poterit reputari. Sed hæc omnia ita simpliciter non dicuntur, cum solummodo sermo sit de mundo, uti nunc est, nec dici possunt, cum v. gr. de corporibus beatorum affirmaturus sit nemo, quod futura sint nullibi, quod duratura non sint &c. Porro, quicquid è conspectu non tantum humano, sed etiam divino ita non tantum secundum suas qualitates & statum non solum secundum formam suam substantialem, sed etiam penitus excidit, id in nihilum abit; at vero hoc posterius nec in præsenti loco nec alibi in Scripturis affirmatur, atque adeo pro veritate theologica haberi nequit.

§. XXV.

Addimus argumentum, quod à commodis suæ sententiae practicis & incommodis, quæ oppositam premant, desumunt hujus orbis annihilatores. Dicunt, suam sententiam egregiam omnipotentie & omniscientie divinæ demonstrationem continere; cognosci hinc & magnitudinem benignitatis Dei ineffabilis erga homines & excellentiam hominum præ reliquis creatis rebus visibilibus omnibus; efficax hic argumentum esse ad nos concitandos ad sincerum Dei timorem ad poenitentiac accelerationem, ad desiderium denique emigrationis ex mundo; ad cupiditates pravas expellendas & hujus seculi amorem inordinatum reprimendum. Sententiam vero adversam nunc Chiliastarum nunc Fanaticorum

corum absurdis scatere; inter reliqua absurdita & hoc completi, quod Deus quasdam res creatas præ reliquis præcipuo quodam amore complectatur, cum constet, eum exceptis Angelis & hominibus omnes creaturas æqualiter amare; denique facile eam doctrinam eo usque extendi, ut res creatae omnes dicantur emanationes ex essentia divina, quæ in illam tandem aliquando post consummationem seculi immeare denuo debeant &c. At vero præterquam quod hæc isti potissimum hypothesi, quæ qualitatum tantum immutationem statuit, opponantur, neque annihilationem vel à longinquo probent, adeoque nos non feriant, præterquam quoque quod has rationes solidissime jam discusserit, Summe Venerandus Dn. D. Weismannus, Collega noster astutissimus, qq) argumenta, quæ ab usibus theologicis desumuntur, nondum folide demonstrata ipsius theses veritate, plerumque sunt infirmiora. Evidem nollemus itidem facile in rem nostram convertere, quæ suis inservire commodis videntur iis, qui nobiscum orbis annihilationem pro veritate Scripturarum non habent. Verbi causa quod analogia, quæ intercedit inter genus humanum tanquam microcosmum & totum mundum tanquam macrocosmum hujus annihilationem non ferat. Cum Deus genus humanum adeo in Christo glorificet, ut plura ei restituantur, quam quæ in Adamo amisi etiam quoad corpus, sapientiae divinæ conveniens esse, ut cum macrocosmus propter peccatum malæ dictiōni factus sit obnoxius, hæc in operum divinorum consummatione ab eo auferatur, isque in excellentiorem statum iterum collocetur Rom. VIII. 21. Præterea glorificationem nominis divini multo itam agis promoveri, quam id per totalem annihilationem fieri queat. Cum enim hæc solius omnipotentiae divinæ foret opus, immutationem & renovationem præterquam omnipotentiae etiam sapientiae amoris atque boni-

qq) loc. laud. p. 1163. seq.

bonitatis illustria fore argumenta. Et cur Deus creaturam suam, quæ hoc tempore à millesimo ne millesimam partem recte agnoscatur ad ipsius celebrationem, uno ictu annihi-
laret? cum ex adversum speculum æternum multimodæ suæ gloriae ad laudem suam indeterminabilem esse queat? Non in-
quam, ut emur his similibusque rationibus, cum non amemus
eam probandi methodum, qua iisdem terminis pro-
bantur sententia oppositæ. Multo minus cum quibusdam
Cartesianis Philosophis & Theologis affirmabimus, annihi-
lationem orbis esse impossibilem, nullam ejus dari ideam,
involvere eam contradictionem, cum mundus hic exten-
sione sit infinitus & quæ id genus sunt alia. Sed incommoda
opposita, quantum nos concernunt, facili negotio à nobis
amovebimus. Nam si vel maxime annihilatione mundi
omnipotentiæ & omniscientiæ divinæ attributa illustrare-
tur, tamen etiam non annihilato orbe, sed in melius resti-
tuto, à quo tamen abstrahimus, non hæc tantum, sed alia
insuper divina axiomata glorificarentur. Nam & conser-
vatio, restitutio, exornatio mundi omnipotentiæ, omniscipi-
entia, sed simul etiam bonitatis, gratiæ &c. effet speculum.
Nec opus est, ut Deus annihilatione orbis omnipotentiæ suæ
exerat exercitium. Sic etiam benignitatis Dei ratio & ho-
minis præ rebus creatis omnibus excellentia in hoc posita,
quod hæc omnia sint annihilandæ, solis hominibus supersti-
tibus, supponitur, non probatur. Beatitudo hominis in aliis
rebus erit sita adeoque ejus excellentia tamen manet in salvo
licet mundus non annihiletur. Quis enim ex Scripturis nescit?
beatitudinis eam fore conditionem, ut positive in congerie
omnium bonorum spiritualium totum hominem quoad
omnes facultates animæ & corporis beatificantum & in ab-
sentiæ omnis mali, nec non in lætissimo consortio cum An-
geliis in bono confirmatis & cum spiritibus perfectis sit con-
stituta;

stitura; idque in amoenissimo habitaculo, quod sane non erit nullibi. Motiva autem ad DEUM timendum, ad accelerandam penitentiam, ad desiderium emigrationis ex mundo, ad cupiditates pravas expellendas & hujus seculi amorem inordinatum reprimendum æque ex nostra depromi possunt sententia. Denique nostram expositionem, quæ ne quidem restitutionem vel renovationem rerum, sive omnium, sive quarundam adstruit, quicquam cum Chilistarum atque Fanaticorum absurdis habere commercii, vel ad dogma omnino impium de creaturarum ex essentia divina sive emanationibus, sive in eandem immeationibus accedere, nemo dixerit, qui à calumniæ nota vult abesse proprius.

§. XXVI.

Postremo à materia in divinioribus literis nobis ad praxin pietatis proposita, sine cohortatione ad eandem non discedemus. Anne autem possemus dare praxin divinorem? quam in qua D. Apostolum Petrum exemplum habemus præeuntem. Cum igitur, inquit, hæc omnia sint dissolvenda, quales oportet esse vos in sanctis conversationibus & studio pietatis, expectantes & accelerantes adventum diei Dei, per quem coeli incensi solventur & elementa æstuantia liquefcunt? sed cœlos novos ac terram novam secundum promissum illius expectamus, in quibus justitia habitat. Quapropter, Dilecti, hæc expectantes, date operam, ut immaculati & incontaminati ab illo reperiamini in pace, Dominique nostri longanimitatem salutem arbitremini. Vos igitur, dilecti, postea quam præmoniti estis, cavete, ne simul cum aliis nefariorum errore abducti, excidatis à propria stabilitate, sed crescite in gratia & cognitione Domini nostri & Servatoris Jesu Christi. Ipsi gloria & nunc & in diem æternitatis. Amen.

F

EPIME-

EPIMETRA APOLOGETICA.

I.

Placuit nuper hoc ipso anno Clariss. Theologo in vicinia a) nonnulla ad Dissertationes duas, de serpente tentatore, excipere, quæ brevibus erunt diluenda. Et primo quidem miramur, Virum doctum nimis præcipitanter de hypothesi nostra judicasse, cum ne totam quidem eam habuerit perspectam. Nam propositionem medium, in qua potissimum causæ nostra querimus præsidium, ne quidem habui ad manus adeoque migravit illud tritum: non esse judicandum, nisi inspecta tota lege. Secundo repetit quidem tria illa, centies allata, argumenta: à proprietate literæ, comparatione & poena desumpta; nec unquam negavimus, ea habere speciem, verum pro hypothesi Judaica, Sociniana, Naturalistica Werhemiensis, non autem pro hypothesi obfessionis, quæ merum est effugium & figmentum, quod ejusmodi hominibus non stomachum, sed risum movet. Tertio exceptionibus satisfacere non est difficile. Dicitur 1. partim quidem bonos Angelos dici Seraphim, non autem malos adeoque licet illi propter indolem igneam idem cum serpentibus habeant nomen, ex circumstantiis tamen rem esse dijudicandam, nec saraph esse synonymum nachasch, quod nec bonos nec malos Angelos denotet, sed serpentes. At 1. petit Vir Doctus principium: Nam dicit haec, non probat; cum contra nos idoneis argumentis, inter quæ Apostolicum est apodicticum, contrarium probaverimus: 2. circumstantias angelum malum hic excludere, non dicet Dn. Opponens, quia non est Naturalista: quod autem per obfessionem adfuerit, somnium est, probandum. Ex cipit

a) In Sinceri Pistophili Erlauterung schwerer Stellen H. S. p. 1081. sqq.

cipit β. quod comparationes etiam inter specie diversa locum habeant, concedi ceu vulgare, ipsum vero non ita arguere: nachasch comparatur cum animantibus, ergo est animal, sed ita: nachasch ratione calliditatis comparatur cum animantibus, ergo non est Spiritus, sed animal. Quæ, qualis, quanta! Si Spiritum malum cum animalibus quæ talibus comparare, nil prohibet, multo minus qua callidis; Illa enim comparatio hac est durior; nec Diabolum omnium esse astutissimum, quisquam negabit. Quod autem Protoplasti ante lapsum maximam habuerint simplicitatem, ne quidem somniavimus, nedum scripsimus. Ad divinandum vero quorsum, de phrasι symbolica agentes, stylum Mosis symbolicum & locutionibus per ἀνθρωπον αθειαν de Deo aliisq; rebus invisibilibus utentem allegaverimus, vix Davo nedum Oedipo est opus. Quod γ. poena non quadret in Diabolum, ventrem non habentem, nec terram edentem, sed corporalem serpentem, frigidam suffundit Naturalistis, nec verum est, cum loca, literaliter de Diabolo agentia, attulerimus, & contrarium ostenderint Interpretes optimi Schmidius, Majus, Wincklerus, Ortlobius, Bierlingius, Langius, Vitringa alii, cum quibus res prius erit transigenda, si fieri queat. Nodum δ. quod in γ. 14. & 15. imo tota pericopa de eodem subiecto adeoque Diabolo, ex hac historia non, nisi à Naturalistis exterminando, sit sermo, cum tamen versum 14. de solo intelligat serpente corporali ejusque poena, attingit quidem Vir doctus ejusque vim sentit, sed eum 'ne solvere quidem attentat. Dicit, ea etiam esse scripturaria, quæ ex verbis legitime fluunt, quid tum! quis negat? sed quod obsessio ex his verbis legitime fluat, non supponendum, verum probandum est, quod autem non fluat, ex contextu & tota Scriptura analogia opella nostra ostendit. Addit, ε. loqui Mosen de Serpente callido non naturaliter, sed per adscititiam calliditatem, ex quo & Auditores Mosis Cacodæmonem subesse, colligere

ligere potuerint & debuerint & nos. Meræ petitiones principii, nihil habentes probabilitatis, nedum apodiceos. Namque calliditas serpenti, qui hic singitur, ex hypothesi fuit naturalis, utpote fundamentum comparationis. Secundo invertimus argumentum, si de astutia plusquam serpentina rationali, seducente, maxima hic est cogitandum, prædicata hæc non, nisi ingeniis crassis permittrunt cogitare de subiecto corporali. Tertio obsessionis nec hic, nec alibi vel $\chi\mu$ comparet. At ζ . dantur tamen obsessiones diabolicae hominum. Sed quæ, quæso, ab obsessionibus hominum ad obsessionem serpentis e. c? ne quidem probabilis, cum aliæ illarum sint rationes, nedum certa, cum tamen hic, ut par est, quaeramus certitudinem. Incommoda n. præcipua, à Naturalistis maxima cum specie veteri expositioni obmota, ne tetigit quidem, nedum ut ea semoverit. Denique 9. quod ab instrumentis non fiant denominations, nobis adversari, contendit Vir Doctus, cum nos à mera figura de promamus denominationem; deinde sartorem non quidem dici acum, quia nexus nimis sit tenuis, aliud vero esse, si causa principalis suum instrumentum occupet totum. Sed à figuris aliisque attributis ob similitudinem fieri denominations, moris est, ab instrumentis vero consuetudinis non est, ut adeo hæc sint fculnea. Cæterum uti Waltherus nostris non opus habet vindiciis, sic miramur, quid sit, cur mortuis etiam detrahatur Dn. Auctor, qui cautelas ejus ne queunt observare. Pronominis tamen $\pi\pi$ & verbi futuri $\pi\pi$ Gen. XIII. 16. prorsus, ut vel tyronibus constat, non est eadem ratio. Hoc enim accipiendum est neutraliter, numerabitur, unusquisque numerabit, quod ab uno æque ac pluribus fieri posse, constat.

II.

Quae idem Clariss. Vir circa Biblia nostra glossata in paucis quibusdam locis &c, quod speciatim ad nos attinet, circa notas nostras ad Matth. XXVI. 41. & Joh. XX. 14. 16. annotavit.

vit, nullas à nobis desiderare vindicias, ipsem, ut arbitramur,
judicabit.

III.

Nescimus, quid sibi velit Clariss. Dn. D. Burgmannus, Theologus Rostochiensis, qui in Disputatione superiori anno ibidem de conformatione cum mundo vitanda & transformatione admittenda ad probationem spiritualem Rom. XII, 2. habita eorum errorem, qui, ut loquitur, experientiam principium divinæ voluntatis constituant, per strinxit, inquiens, hi ex di-
cto nostro ita colligunt: justificati debent renovari mente:
quicunque mente sua renovantur, illi novas easque majores
in intellectu & facultate adipetitiva vires accipiunt cognoscendi & adipetendi bonum spirituale; Atqui justificati: E.
Jam vires hæ spirituales non sunt otiosæ in homine, sed tra-
ducuntur ad actum. In justificatis ergo fit idem, ita tamen,
ut suspensi adhuc maneant actus intellectus in cognoscendo,
& hos præcedant actus facultatis adipetitivæ ex virium ad-
plicatione exorti, & actus quidem, non solum adipetitionis
Per adprobationem, electionem, studium atque decretum
exequendi bonum spirituale, sed & ipsius executionis, qua
effectus varios in anima emanantes. **E**nim vero, per confi-
centiam sui homo eosdem in semetipso deprehendit, adeoque
experitur, habet ergo experientiam ante cognitionem intel-
lectus, sed habet illam, ut nunc demum cognitione sequatur in-
de derivanda, eaque plenior & uberior, siquidem aliqualis in
non expertis dari etiam potest. Hoc sensu Tübingenses b) scri-
bunt: *auf daß &c.* At magnopere, qui ita sentiunt, falluntur.
Falsam enim præstruunt hypothesin, quod actus intellectus
suspendi possint præ actibus voluntatis, & antecedere queat e-
mendatio facultatis adipetitivæ emendationem intellectus,
quasi hæc ab illa dependeat. &c. Nihil dicam de eo, neminem

b) Bibliis suis h. l. p. 370.

hominum experientiam divinæ voluntatis principium unquam constituisse, id enim esset cum ratione infanire. Hoc magis necessarium est, ut dicamus, affingi nobis Syllogismos, qui ne in mentem quidem unquam nobis venerunt, nec, cum à principiis nostris sint remotissimi, venire potuerunt, quorum adeoq; nos puderet; Affingi nobis hypotheses, quæ prorsus nostræ non sunt v. gr. in iustificatis ita vires spirituales traduci ad actum, ut suspensi adhuc maneat actus intellectus in cognoscendo & hos precedant actus facultatis appetitivæ ex virium applicatione exorti; quod homo habeat experientiam ante cognitionem intellectus, ut nunc demum cognitio sequatur, inde derivanda eaque plenior & uberior; quod actus intellectus suspendi possint præ actibus voluntatis, & antecedere queat emendatio intellectus, quasi hæc ab illa dependeat. Quæ hypotheses omnes nobis nec per somnium unquam subierunt animum, nec in verbis nostris, uti avtopsia docet, quicquam habent vestigii, ut somnia esse oporteat Respondentem, talia effutientem. Non aliam agnoscamus experientiam spiritualem, quam quæ effectus est verbi revelati, ab intellectu apprehensi ac sufficienter ante cogniti, quæve demonstratio est à posteriori, ut vocatur, ab effectu ad causam, quam nec Philosophia, nec Theologia respuit, uti ex ipsis verbis nostris satis constat. Neque aliter locum Rom. XII, 2. intelligimus, quam eum intellexit celebris Dn. Burgmanni Antecessor Schomerus, qui verbo δοκιμαζειν hanc notam adscripsit: Probatur voluntas Dei, quando ejus ipso opere experimentum sumitur, eoque augebitur ejus cognitio & suavitas nobis & ipsæ ei obediendi vires accrescunt, quo majus studium in ea exprimenda ponitur c). Renovationem enim non tantum in voluntate, sed etiam vel maxime in intellectu, ejusque actibus tam directis quam reflexis fieri cum omnibus Theologis statuimus, nec in eo quicquam privi habemus.

c) In Epist. ad Rom. p. 60.

94 A 7369

X2346757

7/1.5/9



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Farbkarte #13

27.

Q. D. B. V.

DISPUTATIO THEOLOGICA
**ORBIS HIC
SECUNDUM QUALITATES
ET SECUNDUM PRÆSENTEM
SUBSTANTIAM EST INTERITURUS,
NEC TAMEN ANNIHILANDUS.**

QUAM

PRÆSIDE
**JOHANNE CHRISTIANO
KLEMMIO,**
SS. THEOL. DOCTORE & PROFESSORE ORDINA-
ARIO ac SUPERINTENDENTE,

H. Lque C.

AD DIES

DECEMBR. A. MDCCXXXIX.

PUBLICO EXPOSUERUNT COLLOQUIO

M. GEORGIUS MICHAEL SEEGER, *Mærgelstadiensis.*
M. FRIDERICUS LUDOV. LAVENSTEIN, *Leomontanus,*
CAROLUS LUDOVICUS NEUFFER, *Güglingenfis.*

S. S. THEOLOGIÆ STUDIOSI.

T U B I N G Æ,
LITERIS JOH. HENRICI PHILIPPI SCHRAMMII.